Prouerb. 25. sic וַיִּתְאַפַּק הָמָן, & disimulauit Aman, Hester 5. & similia.

Absolutis iam quæcunque imprimis necessaria de verbis perfectis dicenda videbantur, accingam me nunc quàm breuissimè, ad imperfectorum classes declarandas: quibus nihil facilius est, ei qui diligenter se exercuerit in perfectorum verborum coniugationibus.

Discrimen inter themata perfecta & imperfecta est, quòd perfecta thema^ta, (vt supra dictum est) tribus tantummodo constent substantialibus literis semper expressis & consonantibus. Imperfecta verò themata dicuntur, quòd aliquando suppressam habeant vnam vel duas radicales literas: relictis tamen vestigiis, quibus facilè detractam literam cognoscamus. Quandoquidem alia pro detractæ literæ signo habẽt daghes, in supplementum ipsius literæ sublatæ de medio, & dicuntur defectiua. Alia verò motionem magnam, in qua latet & absconditur litera aliqua radicalis ארוי: quæ tamen nonnunquam expressa, motione vocali destituta nihil soni emittit, & dicuntur huiusmodi verba quiescẽtia. Quę omnia, subsequentibus exemplis, valde dilucida, & plana fient.

Nunc primùm aggrediamur verba illa, quorum prima radicis litera quæ est נ, aliquando deficiens à scriptura, suppletur per daghes inscriptum meditullio secundæ, & dicuntur defectiua Pe Nun: obiter annotando, quæ sequitur, regulam commendandam memoriæ.

Regula.

Regula.

Daghes propriè non sequentis, sed mox præcedentis literæ defectum indicat.

In hac verborum classe, in coniugatione Cal, Præteritum & vtrunque participium semper conueniunt cum perfectis verbis. Infinitiuus, imperatiuus, & futurum etiam nõnunquam. vt, נָפוֹל תִּפּוֹל, cadendo cades, id est, certè corrues, Hester 6. נְצוֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע, custodi linguam tuam à malo, Psal. 34. וּמִצְוֹתָיו יִנְצֹרוּ, & præcepta illius custodient, Psal. 78.

Infinitiuus quando נ primam thematis perdit, suscipit ת in fine, vt hîc conspicuũ est. Habet etiam duplex ־ quando tertia est gutturalis, pro duplici ּ. vt עֵת לָטַעַת, tẽpus ad plantandum, Ecclesiast. 3. à נָטַע, plantauit. & alia.

Cæterùm quòd ל vna ex literis בְּכָלֶם pro seua habeat ־, fit quòd præponatur dictioni habenti accentũ in penultima

	Coniugatio קַל	
	Exemplum:	
Præteritum	עָבַר	
	נָגַשׁ	נָגְשָׁה
	נָגַשְׁתָּ	נָגַשְׁתְּ
	נָגַשְׁתִּי	
	נָגַשׁ	
	נָגְשָׁה	נָגַשְׁתֶּם
	נָגַשְׁנוּ	
Præsens partic.	נוֹגֵשׁ	בֵּינוֹנִי
Plural.		Singul.
	נוֹגְשִׁים	נוֹגֵשׁ
	vel	נוֹגֶשֶׁת
	נוֹגְשׁוֹת	נוֹגְשָׁה
Particip. prẽteri.		פָּעַל
Plural.		Singul.
	נְגוּשִׁים	נָגוּשׁ
	נְגוּשׁוֹת	נְגוּשָׁה
Infinitiuus		מָקוֹר
		נָגֹשׁ
		בְּנָגְשָׁת
		כְּנָגְשָׁת
		לָנָגְשָׁת
		מִנָּגְשָׁת
Imperatiuus		צִוּוּי
	נְגֹשׁ. גְּשׁ vel, גּוֹשׁ vel, גַּשׁ	

JOANNES QUINQUARBOREUS *Institutiones in Linguam Hebraicam* PARIS, 1559 BERNARD M. ROSENTHAL COLLECTION Octavo